

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. VIII. TIT. II. De Servit. Præd. Urb.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

vind. Nam solis illis casibus, ubi quid pati, vel non facere vicinus cogitur, privatur jure libertatis, vi cuius vel facere, vel prohibere poterat.

Atque hinc si quis vi pacti obligatur, ut in suo pingat, viridaria tollat, aut amoeniorem prospectum praestet, non erit servitus; *d. l. 15. l. 33. serv. urb.* Sed solum inde actio personalis ex pacto datur.

O B J. (1) *L. 33. serv. urb. d. l. 6. §. 2.* ubi servitus est, qua quis vicinum cogit, ut parietes reficiat.

R E S P. Imo servitus haec est oneris ferendi, quae in patientia vicini consistit, at non potest dominans uti hac servitute nisi vicinus parietem reficiat, adeoque haec refectione non est servitus, sed ejus consequens.

O B J. (2) Quod detur servitus altius tollendi. *§. 2. Inst. abb.*

R E S P. Imo haec servitus non in faciendo, sed (positis terminis habilibus, de quibus vide *tit. seq. q. 2.*) in patiëntio consistit. Dissent. *Schneid. ad §. praediorum Inst. servit. n. 15.* Eadem ratio est in servitute officiendi luminibus, de qua vid. *Dn. Cocej. Hyp. Inst. tit. de servit. §. 8. n. 8.*

Hodie quoque eadem juris ratio obtinet, indeque ex ejusmodi pacto moribus tantum dabatur actio personalis. *Stryk. U. M. tit. de servit. §. 3.* ubi dissentunt Dd.

Neque **O B S T A T**, quod *hodie* jura bannaria vigere videamus, quae revera sunt servitutes faciendo.

R E S P. Imo non debentur ex jure servitutis, sed ex pacto vel expresso, vel, si jure prescriptionis acquirantur, tacito. Idem quoque obtinet in operis rusticis, vide omnino *Stryk. U. M. d. §. 3.* Neque tunc actio confessoria realis, sed actio personalis ex pacto, vel in factum, datur.

LIB. VIII. TIT. II.

DE

SERVIT. PRÆD. URB.

Qv. I. *An in materia servitutum hortii & stabula sint praedia rustica an urbana?*

Laut. pag.

136 verb.

R E S P. In hac materia servitutum horti sunt prædium rusticum, etiam hor-
Stabula vero urbanum; Quia omnia ædificia, indeque & stabu-
Uuu 3 la, iupt. &c.



la, sunt prædia urbana, omnes vero fundi jacentes, adeoque & horti, sive olitorii, sive voluptarii, prædia rustica. tit. praeced. q. i. Conf. l. 3. ff. servit.

Idein quoque (2) obtinet in materia taciti pignoris, et si ex alia ratione: Ibi enim horti itidem sunt prædia rustica, & stabula urbana, indeque invecta & illata in his non in illis tacite pignori sunt. l. 4. §. i. in quib. c. pign. Nam ideo invecta &c. in prædio urbano & in stabulo habentur pro pignore, quia nulla alia securitas est. Secus in prædio rustico & in horto; ibi enim fructus nati satis pro cau- tione sunt. d. l. 4.

Ex c. Nisi hortus sit voluptarius, tunc enim cessat tota ratio fructuum.

Aliud (3) obtinet in materia alienationis prædiorum, nam ibi omnia prædia rustica, ex quibus scil. pupillus quotidianas necessi- tates sumere potest, uti sunt horti, pro rusticis habentur, indeque alienari non possunt: E contrario, omnia prædia, unde quotidiana alimenta ita non percipiuntur, uti sunt stabula, sunt urbana, & alienari possunt. l. 193. V. S. at iterum excipiuntur horti si voluptarii sunt, d. l. 4. nam tunc quoque cessat tota ratio quotidianorum ali- mentorum.

Male ergo Lauterbachius in materia servitutum hortos voluptarios refert ad servitutem urbanas, cum sint fundi jacentes, nam licet in ma- teria alienationis prædiorum minorum (vid. l. 193. V. S.) eo referan- tur, tamen diversa ratio est in materia servitutum, ubi prædia alio sensu urbana dicuntur.

O B J. L. 2. ff. servit.

R E S P. Distinguuntur ibi prædia non ex sua qualitate sed ex situ, arg. voc. praetorii.

Qv. II. Quid sit servitus altius tollendi?

Laut.pag. R E S P. Dd. eam communiter ita describunt, quando vicinum cogere 136. verb. possim, ut aedes suas in meam utilitatem altius tollat; utilem (4) Altius autem eam esse posse tradunt mercatoribus, quorum interest ta- tollendi. bernas opacas esse. Utilem quoque eam esse ajunt ad arcendum impetum ventorum, vel ut umbram habeam in eo loco, quo so- lem habere gratum non est. vid. l. 17. pr. serv. urb. vel si, ut vicini pro-



prospectus in meum hortum impediatur, ille murum vel parietem altius erecturum promittat: *Schneid. ad l. 2. Inst. Servit. n. 15.* Verum his terminis positis servitus revera in faciendo consideret, contra textum expressum in *l. 15. §. 1. servit.* adeoque si tale aliquid se factum promisit vicinus, non erit servitus, *dicit. l. 15.* sed actio falso personalis ex pacto dabitur. *vid. tit. praec. q. 11. Conf. Dn. Stryk. U. M. h. §. 6.*

Alia igitur fingenda species, aliisque supponendi termini, ut hæc servitus rite constituantur: Quando nimis lege loci constitutum est, ne ultra veterem formam (quæ apud Romanos lege Augusti erat 70. lege Trajani 60. lege Leonis 100. pedum altitudo, *Goth. ad l. 12. §. 1. C. aedif. priv. lit. e.*) aliquis ædificaret, & vicinus huic juri suo renunciat alterique permittit, ut non obstante lege contraria altius tollat: hoc casu vicinus vi pacti sui cogitur pati, ut ego ædes meas altius tollam, ita textus egregius est in *d. l. 12. §. 1. verb.* *Qui proprias domos renovare cupiunt etc.* (idem si novas exstruant, uti statim id sequitur) *veterem formam non excedant etc.* *Si vero pactum vel stipulatio ædificanti suffragetur, liceat ipsi secundum vim pacti & stipulationis ædificare etiam si officere vicinis, quibus pactum adversatur, ita ædificando videatur.*

Non ergo in eo consistit hæc servitus, quod vicinus cogatur altius tollere, & quis unquam talem servitutem sibi imponi patitur? sed quod ille cogatur pati, ut ego, cum lege loci id eo invito non liceret, altius ædes meas erigere possum. vide late *Stryk. U. M. h. §. 8.* Aliam quoque speciem fingit *Celeb. Dn. Pagenst. in not. ad Laut. man. 3. p. 70.* si scil. vicinus cogitur pati, ut meis sumtibus ædes ejus altius tollam; quam laudat *Stryk. U. M. h. §. 7.*

Licet autem postea in infinitum erigere ædes permisum fuerit, *d. l. 12. §. 2.* Non tamen desit hujus servitutis usus, quia illa facultas restricta fuit in *l. f. §. f. C. Servit.* ubi nemo vicino ventum ad seernendas paleas a frugibus idoneum ædificando auferre potest. Si ergo vicinus ut ventum ei auferam consentiat, hujusque legis beneficio renunciet, ego altius ædificare possum, & quia tum vicinus vi pacti id pati cogitur, recte servitus altius tollendi dicetur. *L. 2. h.*

Eadem ratio est, iidemque termini supponendi sunt in servitutibus, ut luminibus vel prospectui officiantur; de quibus vide *d. l. 2. ff. h.* & utilis ea est, quando vicinus cogitur pati, ut ubi id quoque jure loci alias non licet (ut in *d. l. 12. §. 1. & 2.* & in toto *Palati-*



latinatu) lumini & prospectui ipsius officiam. B. Par. Hyp. Inf. h.
§. 8. n. 6. & 8.

Alium casum, ubi negotioria agens se fundat in libertate civilis,
affert Lynch. cent. 14. dec. 1374.

LIB. VIII. TIT. III.

DE

SERVITUT. PRÆD. RUST.

Q.v. I. *An aqua etiam non perennis ducatur?*

Laut.pag. **A**FFIRMAT hoc Laut. h. p. 138. idque ex aequitate permitti ait, sed
138. verb. contrarium verius: neque enim tunc vera servitus dici potest,
Ex aequi- quia causa non est perpetua. vid. sup. tit. i. q. 2.

tate ta- O b. J. L. 9. ff. h. verb. *Hodie ex quoconque loco constitui solet.*

men etc. RESP. Hoc non ex jure, nedum aequitate, sed usu & moribus est.

Q.v. II. *An jus compascui sit vera servitus?*

Laut.pag. **N**EG. Quod sequentibus rationibus probat B. Parens in disp. de
128. verb. Praescr. extraord. th. 23. seq. (I) Quia qui compascua habet,
Aliud est non utitur jure servitutis, adeoque nec eo usu servitutem inquinam
jus com- acquirit. Quod non utitur jure servitutis, sic demonstratur: Vell
pascui&c. enim utitur jure servitutis personalis, vel prædialis, arg. l. i. ff. de
Servit. Non jure personalis; quia quatuor tantum in universum
sunt servitudes personales, ususfructus, usus, habitatio, & servitorum
operæ, uti pater ex lib. 7. fforum, ubi ex professo de servitudinibus
personalibus tractatur; & ex rubr. & tot. tit. C. de Usufr. ha-
bit. & minif. serv. nec non ex lib. 2. Inst. tit. 4. & 5. Neque illum
alterius personalis servitutis vestigium in jure extat: Neque utitur
jure prædialis, quia servitudes prædiales nullæ sunt, nisi quæ & qua-
tenus ad utilitatem fundi vicini pertinent; adeo ut, si cui expresse
quoque constituta sit servitus pascendi, is non possit pecora im-
mittere, quibus ad usus suos domesticos, vel ad commercia usu-
rus est, sed tantum quæ ad utilitatem agri sui habet, uti boves arato-
rios &c. per text. expr. in l. 5. in fin. ibi: non ultra posse quam ad
eum ipsum fundum opus sit. l. 6. princ. & §. 1. ff. de servit. præd.
rust. At compascuorum usus promiscuus est, & valet cuiusque
iuscausa pecora habeantur; ut constat. Igitur qui compascuis uti-
tur

